Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

turbati sunt com
moti sunt · tremor
apprehendit eos 7
Ibi dolores ut par
turientis · in spu
uehementi conte
res naues tarsis 7
Sicut audiuimus sic
uidimus · in ciuita
te dni uirtutum
in ciuitate di nri ·
ds fundauit eam
in eternum 7 op
Suscepimus ds mi
sericordiam tuam ·
in medio templi
tui 7
Secundum nomen
tuum ds sic & laus
tua in fines terre
iustitia plena est
dextera tua 7
Letetur mons sion
⁂ & ⁝ exultent filie
iude · propter iu
dicia tua ÷ dne ⁝ 7
Circumdate sion &
complectimini ea ·
narrate in turri

apprehendit eos. a conscientia delictorum 7

Sicut audiuimus. per prophetas. Et uidemus in euangelio quod est ciuitas uirtutum 7 In ciuitate di · id est in ecclesia catholica 7 Ds fundauit eam · quia sola illa uerae ciuitas di nuncupatur 7

Nomen enim di in toto orbe terrarum creditur adorandum 7 Plena est ergo dextera eius · iustitia · quia in illam partem dexteram recipiuntur · qui eius munere iusti esse meruerunt 7

Circumdate sion · id est defendite ecclesiam in doctrina 7 Complectimini in caritate eam 7 narrate dicite hoc est praedicate · In turribus · in principibus ecclesiae 7

Ibi dolores · cum corpora affligere per abstinentiam coeperint 7 In spu uehementi · hoc est fortissimo 7 Conterens naues · humilians superbiam gentium · quia tharsis animarum negotiorum superba facta est 7 significans eos qui huius saeculi negotiis circumferuntur 7

Illi enim misericordiam di suscipiunt · qui non solum per fidem sunt uocati · sed etiam per occultam predistinationem ad aeternam beatitudinem sunt electi 7 In medio templi in ecclesia 7

Per montem sion ecclesiam significat 7 Exultent filiae iude · id est animae confessorum · quia iudas confessio interpretatur 7 Quae propter iudicia dni exultent · ubi se ad beatitudinem aeternam sciunt esse uenturas 7